IN OBITVM

ORNATISSIMI VIRI, GVILIELMI VVHITakeri, Doctoris in Theologia, in Academia Cantabrigiensi, professoris Regii, & in eadem, Collegii Sancti Iohannis præfecti.

Carmen Funebre,

Caroli Horni.

LONDINI,
Excudebat Iohannes VVolfius.
1596.

IN OBITVM

ORNATISSIMI VIRI, GVILIELMI VVHI-

taker, Doctoris in Theologia in A-

cademia Cantabrigiensi, profes-

sionis Regii, & in eadem, Cele-

legii Sancti Iohannis

praefecti.

Carmen Funebre,

Caroli Homi.

LONDINI,

Excudebat Iohannes VVolfius,

1596.

REVERENDISSIMO in Christo Patri ac domino, *D. Iohanni Archiepiscopo Cantuariensi*, totius Angliæ Primati & Metropolitano.

CVpienti modò mihi (Reuerẽdissime in Christo pater) prosingulari tua erga me humanitate, memoris animi testimonium aliquod Dominationi tuæ ostendere, nihil in præsentia occurrebat magis tempore ipso opportunum, quàm illud carmen funebre, quod de

studiosa vita, pia morte, & honorifica sepultura doctissimi & ornatissimi viri, Doctoris *Whitakeri*, nuper composui, quod etiam his literis inuolui atq; incluſi meis. Neq; vero iuuenilis ardor aliquis me hac ætate ad carmen fundendum impulit, sed prædicanda commemorandaque præstantia illius viri (quem viuum reuerebar, & cuius nunc mortui memoriam colo) me ad hunc desuetum laborem, & intermissa iam diu studia, paucis aliquot, eisq; succesſiuis horis reuocauit, & pertraxit: nimirum vt hoc vltimum officium erga defunctum, pro amore, & de more non dubitarem, neq; grauarer præstare τὸ γέρας τῶν θανόντων. Sed vt illos versiculos Dom. tuæ spectandos proponerem, non adduxit me meæ in hoc scribendi genere facultatis (quam scio

ſcio eſſe tenuiſsimam) vlla opinio, ſed admirandæ tuæ lenitatis & manſuetudinis fiducia inuitauit. Et quidem ſperabo illam lugubrem muſam meam, licèt nullo ornatu excultam, & totam quaſi atratam, fore tamen nõ moleſtam neq; intempeſtiuam, ſed gratam accept imque potius D. tuę, eo pręſertim nomine, quòd viri optimi, & optimè de eccleſia meriti, eiuſdemque chariſsimi & obſeruantiſsimi alumni tui laudes, etſi illas quidem minus amplas, tamen valde debitas iuſtaſque contineat. Ago maximas, habeboque dum viuam D. tuę gratias pro benignitatè, quam in me ſummam exhibere dignata eſt, ipſamq; vt βοσιν ὀλίγωι τε φίλωι τε & hęc paruo munuſcula cultu, ſed a gratiſsimo animo profecta, & obſeruantiam meam, in bonã

partem accipiat, mihique (quod hactenus a pueritia mea fecit) fauere pergat, humiliter rogo. Et a Deo optimo maximo supplicibus precibus peto, vt D. tuam reipublicę & ecclesię quàm diutissime felicissimêque conseruet incolumem. Ex Collegio S. Petri Cantabr. pridie Nonarum Febr. 1595.

Amplissimæ Dominationi tuæ addictissimus.

Carolus Hornus.

Επικήδιος θρῆνος

CVra leuis loquitur, ſtupet ingẽs: ſed ſua mœſtis
Erumpit tandem vox gemibunda viris.
Sic reuerende tuos moriendo relinquis amicos,
Whit-aker: *heu cupimus te moriente mori.*
Talis erat mortis ratio, moderatio vitæ,
Dulce ſit vt tecum viuere, dulce mori.
Quale ſit eloquium, pietas, doctrina, loquuntur
Quæ monimenta dabas plurima, pulchra ſeges.

White-aker, à D[illegible] iugera *factus*,
Vt meliore data [illegible]
Tam bene cultus ager, tam candida iugera gratos
Mirifica fructus fertilitate dabant.
Nunc tibi parta quies, placidu(placidissimè)som-
Ipse capis: neq; te iam gra[illegible]ra manent. (*num*
Tam bene cultus ager, tam candida iugera nullo
Ipsa queunt dono candidiore frui:
Discessum tamen heu subitum quàm tempore duro,
Pectore quàm tristi fert schola tota tuum?
Quid faceret? Lumen, columen, decus, ornamentum
Amisit, potius, misit ad astra suum.

Ἐπὶ ἐπιτάφιον eiusdem.

DVm loquor heu refrico vulnus, renouoq; dolorẽ,
nec tamen hos gemitus potis est vis vlla tenere,
Nec fleuisse semel satis est, iuuat vsq; dolere,
Atq; rigare genas, mœstásque expromere voces,
Ac aliquas saltem de multis dicere laudes.

Sicut

Sicut in arboribus præſtantia ſemina fructus
Præmonſtrare ſolent, generoſaq́ bacca futuros:
Herbaq́ue dum tenera eſt fundit præſagia meſſis:
Sic dedit in primis fælicia VVhit-aker *annis*
Indolis indicia, & lætæ prænuncia frugis.
Spem non vulgarem primæuo in flore ciebat
Ingenium pueri, laudata modeſtia doctum
Ornabat iuuenem, vir fructus vbere glebæ
Edidit vberius. Creuit creſcentibus annis
Iudicium, creuit doctrinæ copia mira
Omnimodæ, creuit noſtro ſpectabilis æuo
Integritas. Tum cum vitam priuatus agebat
Norma fuit ſtudij: in lucem cum prodijt, aures
Voce ſua tenuit: Sparta eſt concredita prudens,
Rexit & ornauit: maturuit, omnibus vnà
Obſtupuere animi, tot in illo corde micabant
Aurea dona Dei: tam diſſita iuncta fuerunt,
Artes cum linguis, numeroſa ſcientia rerum
Cum culto ſermone, ſimul cum diuite vena
Mens humilis, cum tam præſtanti corpore pectus

Non minus excellens, & cum grauitate verenda
Mitius ingenium, cum denique fronte serena
Nõ simulatus amor: Quæ reddunt singula clarum
Tot cumulata simul, congestáq; pectore in vno
Munera rara Dei, qualem (Deus optime) quantũ,
Quàm rarum fecere virum. Quibus omnibus vnus
Clarus erat, nobis hæc omnia Whitaker *vnus*
Exhibuit ceu flamma nitens, ceu stella corusca.
Nec minus in morbo tollerantia splenduit acri,
Doctrinæq; fuit summæ pia vita decori,
Et pia mors vitæ, respondent vltima primis.
Nam cum summa dies, mortisq; propinquior hora
Visa fuit: tum vir sicut bene viuere doctus
Sic bene posse mori, fidei documenta probatæ
Clara dedit, solui cupiens, Christumq; videre:
Hæc iactura foret lucrum, mors vita: subinde
Soluitur e vinclis, & corpore spiritus exit.
Tum subitò turbati omnes, funebris vbiq;
Luctus, vbiq; dolor. Cùm tandem tempus adesset
Tristibus exequijs: en adsunt sponte frequentes,

Officio-

Officioq; pio, studijsq; ardentibus instant
Omnes vnanimes, ex omnibus vndiq; densi
Ordinibus coëunt, lugentesq; ordine longo
Procedunt comites, & corpus nobile quondam
Diuinæ hospitium mentis comitantur humandum,
Flentes, heu pater, heu doctæ laus inclyta gentis.
Tum verò iuuenum lectissima corda videres,
Cum grauitate patrum largos effundere fletus.
Pro se quisq; refert, vt cuique est copia, donum,
Quo mortem lachrymis, comitatu funus honestent,
Carminibus tumulum, fama bene gesta perenni.
Hic pietatis honos: sic in monimenta recondunt
Singultu, gemitu, lachrymis, miserabile visu,
Omnia dona viro quasi commorerentur in vno,
Omnia dona vno quasi sint tumulata sepulchro.
Quis flendi modus esse potest in funere tali?
Heu quàm iusta fuit cunctis data causa dolendi?
VVhitaker ô nulli veterum pietate secunde,
Hæreticæ domitor debellatorq; cateruæ,
Vnum illud tibi dulce fuit, præq; omnibus vnum,

Semper vt hac, bene quam coluit veneranda vetustas
Integra posteritas in relligione maneret,
Atque patrum, premerent vestigia fida nepotes.
Munere pro tali grates Academia mater
Mœsta refert, quantoq; potest te donat honore:
Illo nempe die funebri pluribus horis,
Sæpius, atque locis varijs (quasi nescia luctu
Expleri) & circum spectanda stante corona,
Reddidit apta tuis ingentibus omnia cœptis,
Dignaq; solenni præconia publica ritu:
Sic illum mœrore diem velut orba peregit.
Non vnquam tã mœsta prius, quasi sola voluptas
Solamenq; fores, rebusq; leuamen in arctis,
Tutamenq; malis, sic te iam luget adempto.
Luget & illa, suum quæ prima recepit alumnum,
Clara domus, quæ te nutrix velut alma fouebat:
Quæ sparsit primum in tam candida iugera *semen*
In qua prima tuus tibi candida dona *patronus,*
Candida dona *dedit, quia* candida iugera *vidit.*
Luget & illa domus, tua quam prudentia rexit,

Insignis

Insignis domus, & grata pietate magistrum
Tota colit, longumq; suum testatur amorem.
Tantæ laudis erat memorem fecisse merendo.
Luget & illa tuo schola quæ pendebat ab ore,
Nec tantum studiosa cohors, sed & Anglia tota,
Nec regio modò nostra, sed & quascunq; per oras
Nuncia fama volat, lachrymas ecclesia fundit.
Talis amor, meritis ea debita grátia tantis.
VVhitaker *ô nuper multis mirabile lumen,*
Vt patriæ (qua nulla fuit res charior) omni
Consuleres ratione minus tua chara fuerunt
Vita, valetudo, vires tibi: patria rursum
Immortale decus celeri pro morte reponit.
Patria te patrio (patriam quia semper amâsti)
Semper amore colet, semper celebrabit honore:
Charus eris patriæ, fuit vt tibi patria chara.
O dilecte Deo, cui dum tibi cura placere,
Te tuus exedit flamma flagrantior ipsa
Zelus, & accensus diuino in pectore feruor.
Sed velut vna Dei præ cunctis gloria rebus

Chara

Chara tibi ante alios, tibi ſic Deus ipſe rependit
Quod ſuperemineat multorum nomina, nomen.
Chara Deo tua fama, Dei tibi gloria chara.
Nec ſatis hanc Dominus fido putat eſſe miniſtro,
Quæ datur in terris, quamuis celeberrima, famam:
Namq; tuam voluit prius explorare fidelem
In terris operam: tua verò viuida virtus
Mentis erat validæ, ſed curis debile corpus,
Dum properas pulchram vario certamine mortem:
Hic amor, hoc ſtudiũ eſt, opus hoc mortalibus ægris.
Nunc verò in cœlis (ibi demum præmia Chriſti
Militibus) tibi militiæ dux præmia reddit
Ampla ſatis, quæſita diu, fallentia nunquam.
Idem onus impoſuit grauius citiuſque leuauit,
Altius euexit, tutoq́ in limine ſiſtit.
Hic locus, hæc ſedes, ea merces magna laborum.
Nunc demum tibi, quem ſincero corde colebas,
Pro quo nulla pati dubitabas, cernere Chriſtum
Contigit, atque patres quorum tot ſcripta legebas,
Et dulces fratres, ſanctoſque in honore locatos:

Ecce

Ecce triumphus: habes tota quod mente petisti.
Et vero tua mors (si vera fatebimur) ipsi
Tempestiua tibi, quamuis tristissima nobis.
Nam quid in hoc potuit retinere diutius æuo?
Et quid in immenso vidisti lætius orbe?
Nempe bonis tantis ornatus, quanta valebat
Hæc dare vita breuis, donatus honore sepulchri,
Integra dum fama est tua, dum maturior ætas,
Dũ pax alma manet (maneat precor alma) quietus
Hinc abiens melioris habes solatia vitæ.
Quando hominum tot vita malis obnoxia, vita
Nõ tam erepta tibi visa est quã mors data, magnũ
(Vt magnum precio, sic aptum tempore) donum.
Nam quia cuncta manent mortalia debita morti,
Atque necesse mori semel omnibus, an magis vlla
An mortis magis vlla viris optabilis hora,
Quam sic tot rebus tanta cum laude peractis,
Pace frui placida, positisq; quiescere curis,
Nec quæ deinde manent reliquis subeunda videre
Sed citius procul a scopulis contingere portum

Optatum? Fœlix hæc cui Deus otia fecit.
Omnia vicisti, superasti fortiter omnes
Humanos casus: O terq; quaterq; beate,
Nunc iter emenso tibi molliter ossa quiescunt,
Nunc extra teli iactus, & fulminis ictus
Tutus in arce sedes, & cœli gaudia carpis.
O fœlix cœli quem regia celsa recepit: (sis.
*Hæc domus, hæc patria est, requies hæc vnica fes-

Eiusdem ad Anglos Παράινεσις.

Iam neq; crudeles Parcas, neq; fata queramur
Aspera, sed cauti meditemur nostra pericla.
Whitaker hinc abiens, lætatur in æthere, lethũ
Illius, O Angli, minus illœtabile, nobis
Peccatum est nostrum cura grauiore dolendum,
Deflendumq́

Deflendumq́; magis. Deus in nos ſæpius iræ
Multa dedit iam ſigna ſuæ, mox plura daturus,
Nos niſi pæniteat. Quem non tot ſigna mouerent?
Quem non corripiat, cum ſic Leo rugiat, horror?
Hic ego pauca quidẽ, ſed magna (quis omnia fando
Enumerare valet?) tria nota, nouiſſima dicam.
En varia, & paucis tria grandia damna diebus.
En ſimul, et modo ſublati Dux, Doctor & Heros,
Eximius doctor, dux clarus, nobilis heros.
Flet ſchola, caſtra dolent, reſpublica deniq; luget.
Doctoris ſchola, caſtra ducis, reſpublica damnum
Herois graue fert grauiter. Reſipiſcere ſuadet
Tam ſubitũ, graue, triſte (licet medicabile) vulnus.
Hanc deus, hanc longa terris magis omnibus vnam
Pace beauit, adhuc medicas adhibere paratus
Ipſe manus, medicum modo nos adeamus, vt ægri.
Illud grande quidem, ſed adhuc reparabile, damnũ.
O fœlix vna ante alias, ò inſula ſummo
Chara patri, cui cura tuas reparare ruinas,
Et bona conſeruare, quibus te pluribus auxit,

Et mala propulſare, quibus te ſæpius vrget,
Et quibus vt mitis pater erudiendo coercet.
O fœlix bonitate Dei, ſi nouerit vti
Anglia, ſi molles aditus, ſi tempora norit,
Si redeat reuocante Deo, ſi talia curet,
Nec ſinat elabi memori quod mente tenendū eſt
Iudicium, & fugiat præſenti docta futurum.
Nos modo pœniteat, velut ante tuebitur omnes
Mira dei bonitas: auertet & auferet omnes
Ipſe ſuas plagas. Iam iam vocat ipſe monetq;
Nos meliora ſequi: moniti meliora ſequamur.

Ad eiuſ-

Ad eiuſdem inſignia gentilitia.

Hos ſegetum faſces (non partiæ inſignia laudis)
cur gerit in Clypeo White-aker iſte ſuo?
Scilicet, expreſſum per *candida iugera* nomen
hæc data ſigna ſuæ fertilitatis habet.
Scribendo ſiquidem fertilis ille fuit.

Quid porrò gladius, galeæ quem parte ſuprema
diſtrictum vibrat conſpicienda manus?
Nempè, notat Pugilem certamen inire paratum,
certamen quoties Relligionis erat.
Defenſor fidei White-aker iſte fuit.

Tho. Hunt Cantuarien.

IN OBITVM DOCTISSIMI ET SANCTISSIMI VIRI, M. *Gvlielmi Whitakeri, quondam in Academia Cantabrigiensi* Theologiæ Doctoris, M^ri. Coll. *Iohannis*, & Regij professoris *clarissimi.*

DE patriâ insignis certasse feruntur Homeri
Smyrna, Rodus, Colophon, Pergamus, Argo, Chios.
De simili simulis Whitakero *quæstio nata est,*
Hic locus esse suum iactat, et ille suum.
Esse suum ciuem celebris Lancastria certat,
Nordouicensis clamitat esse suum.
Esse suum (caput Anglorum Dorouernia) gestit,
Et schola Doctorem disputat esse suum.
Esse suum socium domus hæc, domus illa Magistrum,
Sed professorem terra Brytanna suum:
Esse Europa suum repetit: componere litem
Posit vt ipse Deus, vendicat esse suum.
Vendicat esse suum, suus est, suus extitit antè,
Sic viuens moriens creditur esse Dei.

Iohannes Boyse Clar.

Distichon eiusdem.

Quis iacet hic rogitas (lector) sub marmore duro?
Hic *Whitakerus* inest: quid petis vlterius?

IN OBITVM ILLVSTRISSIMI VIRI

doctrinarum omnium ornamentis *excultiſsimi & veræ pietatis ſplendore* nobiliſſimi, Magiſtri *Gulielmi Whitacheri*, Sacræ Theologiæ Doctoris, eiuſdemq; in Academia Cantabrigienſi Profeſſoris Regij multo omnium *digniſsimi, Collegij Diui Iohannis præfecti vigilantiſsimi, hominis integerrimi, ſanctiſsimi, & doctiſsimi, Carmen funebre.*

Pieridum ſplendor, Muſarum nobile lumen,
Et ſacrificuli, Malleus ille, chori:
Huius Academiæ Profeſſor Regius, atq;
Eccleſiæ noſtræ vera Columna; iacet.
Atra, nefaſta dies, atq; expungenda Calendis,
Quæ vidit caſum (vir venerande) tuum.
Quis dabit in gemitus, lugubria carmina, noſtros?
Verbaq; mœrori, quis dabit æqua, nouo?
Quos caſus? quæ fata querar? quos deniq; morbos?
Quæ, ſoluam exequijs, digna lamenta, tuis?
Turba miſella ſumus, noſtro ſpoliata Magiſtro,
In quoſuis facilè nunc ruitura dolos.
Non longinqua dies, quamuis mala cetera tollat,

Tantæ

Carmen Fnnebre

Tantæ mæſtitiæ, quo medeatur, habet.
O veræ exemplar pietatis, amator honeſti,
O meritó ſêcli, gloria magna, tui.
Cur quo patrono pietas ſtetit, illa patrono
Nunc cadit, inſidijs, intereunte, necis?
Sic Deus Omnipotens dilectos deijcit omnes,
Vt ſic deiectos, tollat amica manus.
Sic premit, vt releuet, ferit, vt ſolatia præſtet,
Vulnerat vt medicam, præbeat æquus, opem.
Deniq; priuat eos, præſentis lumine vitæ,
Vt bona, mox vitæ, det, meliora, nouæ.

Id noſtro nuper *Whitachero* ceſſit, eumq;
Quem modo terra tulit, nunc paradiſus habet.

G. S. Coll. Regal.

IN MAGNVM THEOLOGVM, ECCLESIÆ NOSTRÆ DECVS ET COLVMEN, venerabilem virum Doctorem Whitakerum, Guil. Barlowi ἐξάμετρα.

Quæ dolor expressit, nec ars aut Musa poliuit.

HEi mihi quid tanto turbantur pectora luctu?
Quid fluit hic ingens vtroq; a corpore fletus?
Plangunt indocti, docti lugubria passim:
Flebilis vt noster status est ita flebile carmen:
Dux gregis interijt, quem tota armenta sequuntur,
Spes nostra, in quo omnis domus inclinata recumbit.
Militi a Christi, Whitakerus, *currus equesq;*
Gymnasium, literæ, mores, ecclesia, quantum
Anglia præsidium, tu quantum perdis Eliza?
Marcellum & Fabium (Pœni duo flagra superbi)
Dissimili simile laudem virtute sequutos
Romani Gladium Romæ, scutumq; vocârunt:
Ardet in arma magis Marcellus *et insilit acer,*
Hic firmo proprios texit tutamine fines.
Πρῶμαχος *at noster virtute in vtraq; beatus.*
(Qui solus calamo crimen commune refellit)
Et sua tutatur, simul atq; hostilia perdit.
Tu primus (Campiane) audes te credere pugnæ,
Sed semel expertus vires sensisti & abisti,
Duræusq; athleta tuus Scotus ille σκοτεινὸς
Solus Sanderum, Bellarminum, Stapletonum

Carmen Funebre.

Perfodit (neq; enim hic teli, nec vulneris author)
Sydereo flagrans clypeo & cælestibus armis.
Sed perijt pugnans: nullo certamine læsus,
Pervigil intentus pugnæ, non perijt, moritur,
Non viuit, vicit tamen hos quos perculit hostes,
De quibus in cælis iam fert ducitq; triumphos.

Guil. Barlow Aulæ Trinit.

IN OBITVM CLARIS-

simi viri D. Whitakeri, Theologici Pro-

fessoris regij in inclyta Academia Cantabrigiensi, *& Collegij D. Iohannis Euangelistæ dignissimi præfecti.*

QVàm vaga, quàm volucris, quàm vita volubilis errat!
Vna dies promit, quod premit vna dies.
Alba liguſtra cadunt, quamuis ſint alba liguſtra,
Nunc oritura vides, nunc moritura vides.
Vita volat velox, quamuis inuita recuſet,
Nec retinere potes, nec reuocare petes.
Tam citò nec nauis feſtinans æquora ſulcat,
Tam citò nec pennis æthera pulſat auis.
Omnis homo cœnum, conculcat mors pede cunctos,
Omnis homo fœnum, mors atra falce metit.
Teſtis erit *Whitaker*, lachrymas hoc nomine fundo,
O ſi non eſſet dicere, teſtis erit.
Mortuus eſt *Whitaker*, gemitus hoc nomine duco,
Anglus quiſq; gemit; quiſq; Papiſta fremit.
Lugeat omnis homo, Germania lugeat omnis,
Anglia lugebit, lugeat omnis homo.
O antiqua domus, domus ò notiſsima fama,
Plores profecto jam ſpoliata tuo.
Ille tuus fuerat, tuus oh ſed deſinit eſſe,
Deſinit eſſe tuus, deſinit eſſe meus.
Deſinit eſſe tuus, ſed nunquam deſinit eſſe,
Semper erit, quanquam deſinit eſſe tuus.
Oris in noſtris, alienis notus in oris,
Ore fuit notus, notus amore fuit.
Quem *Bellarminus*, quem *Stapletonus* amarus
Vincere non poterant, mors furibunda necat.

Reg. Flud è Coll. Ioh.

IN OBITVM CLARISSIMI viri, M. Whitakeri, ſacræ Theologiæ doctoris, ejuſdemq; in Academia Cantabrigienſi Regij Profeſſoris, Carmen funebre.

Avertiſſe necem te admeti (Phœbe) poetæ,
Fingunt, & duras flectere poſſe deas.
Dic mihi cur non potuiſti flectere Parcas,
Sæuáq; tam clari vertere fata viri?
Vna obijt coniux pro Admeto, ſed vice geſtit
Huius, doctorum tota caterua mori.
Dij cupiunt huius (dicis) commercia læta,
eſt factus magni iam comes ille Iouis.
Flet tota interea commune Academia damnum,
Quocunque aſpiciat ſigna doloris habet.
Hic gemit, is lacrymas in amaras ſoluit ocellos,
Alter dat mœſtos ore gemente ſonos.
Aonidum perijt decus, et pia cura ſororum,
Ah perijt noſtræ gloria ſumma ſcholæ:
Parua queror, perijt claræ pietatis imago,
Et cecidit fidei firma columna ſacræ.
Fata quid incuſem? factus tu morte beatus,
Nam tibi cæleſtis pro nece vita data eſt.
Iam tranquilla tibi requies, non fata ruentis
Aſpicies patriæ tu (Whitachere) tuæ.
Iam canis in cælis Chriſti ſine fine ſacratos
Hymnos, angelico te comitante choro.

E. Harriſon. Chri.

Andræas

ANDRÆAS DOVNEVS
in eundem.

Ennius ille pater moriens, nec funera fletu,
Nec gemitu voluit condecorare suos.
Scilicet æternam ingenij sperans fore famam,
Quam sibi versiculis ipse suis meruit.
Quid gemimus tristes? lacrymisue quid ora rigamꝰ?
Huius qui fletur, gloria major erit.
Nulla dies vnquam memori istum subtrahet æuo,
Clarescet vel post secula longa magis.

AD EVNDEM PIE mortuum Threnodia.

SI decet iſte viros, puerum magis ille decebit,
Fletus, quem tua mors jam (*Whitakere*) mouet.
Ergo mihi puero fas ſit tua funera flere,
Sim licèt inferior funera flendo viris.
Funera flere juvat, dum mæſtâ mente recordor
Anglia te qualem perdidit ipſa virum.
Perdidit Athletam te noſtra Eccleſia qualem,
dum mecum repeto; funera flere juuat.
O vtinam flendo poſſem reuocare peremptum
obſtarent votis nec tua fata meis.
Anglia tunc Lumen, tunc noſtra Eccleſia Myſtam,
læta reportatum diceret eſſe ſuum.
Sed quia fata meis ſunt hîc contraria votis,
accreſcit fletus, nec niſi flere juuat.
Sic (*VVhitakere*) viris non ſolùm flendus adultis,
ſed mihi vel puero flebile carmen eris.

Dudleius Diggs Londinen.

PERORATIO AD eundem.

Cùm ſatis ipſe tuas nequeam perſcribere laudes,
Subſcribo tantùm laudibus hiſce tuis.
Ac ſimul id voueo, tibi me (Whitakere) futurum
Propugnatorem laudis vbiq; tuæ.
Sic tua laus creſcat, ſic ſit tua fama ſuperſtes,
Fœlix qui viuis iam (VVhitakere) Deo.

Nic. Gaſcoignus Eboracen.

In eundem.

Quàm verum eſt, vulgò quod dicitur, omnium in iſto
Lubrica verſantûm eſt, & ludicra vita theatro?
Hiſtrio enim quiſquis eſt, agit hic, agit ille fabellam.
Vix peragit quiſquam, extremũq; in Plaudite perſtat:
Scilicet impoſita quos Mors videt, arbitra, parte
Non bene perfunctos, defunctos munere ſoluit,
Sic hominum infecto pars plurima deficit æuo.

Non ita te *Whitakere*, tui laus vnica ſecli,
Abripuit rebus lentè Mors pallida geſtis,
Quippe tui ſolus facilè qui Roſcius æui,
Quas pia religio partes dedit (ac tibi rerum
Summa data eſt ſummæq; adeo curæq;, operæq;)
Has omni ſine labe, omni cum laude tuliſti.

Heu nimia cum laude, nimis ſine labe tuliſti,
Hinc iſtæ lachrimæ, fons hinc & origo dolorum.

Nam dum indiuiſum, ſtupefacta per æquora, mundũ
Te duce pulſatæ, ſtratæ, te milite Romæ
Fama refert, & læta leues præteruolat auras
Chriſticolas pulſans aures, vaſtum, ecce, repente
Terrarum exiliens magno clangore Theatrum,
Vndiq; concuſſum tremefecit Plauſus Olympum.
Audijt hoc, tremuitq; ſuis Babylonica fœdis
Diſcumbens meretrix thalamis, ſtupuitq; relato.
Audijt hoc, fremuitq; inferni Regia Ditis,
Horruit, & properæ ſibi jam præſaga ruinæ.

Sed

Carmen Funebre.

Sed, quod pro Plauſu planctum dedit, audijt iſtoc
Atropos, exactæq; putans hæc ſigna Fabellæ,
Abſcidit fragilem tenui cum ſtamine vitam,
(Heu nimium feſtina manus!) dum plurima nenti
Aurea de penſo ſupereſſet lana ſorori,
(Tale olim retulit de Colchide vellus Iaſo)
Nondum cana, peractis nondum argentea luſtris.

Quantula tam paucos injuria te foret annos
Perpetuo dempſiſſe ævo, dum parvulo onuſta
Tempore, maturam peterent tua membra quietem?
Sed, quod perdidimus nos, tu lucratus abundè es.

Nam tu dum celebres celebras ſuper æthera (Eliæ
Euectus rapidis Superûm in Capitolia bigis)
De Vita moriens, viuus de Morte triumphos,
Damna tuis tua ſunt, tibi funera fœnora fiunt.

Sam. Cr. Emman.

CANZONA SOPRA LA morte del ornatissimo Dottore VVhitakero.

DEh perche, con si fragil guernimento,
Armato n'è il piu ricco tesoro,
Che mai puo farsi, che dal ciel discende,
Del sommo Iddio il piu splendido lauoro,
E dalla bocca sua spirato vento,
Ma nondimen par che lo vilipende:
Io dico l'Alma humana,
Che'n guardia, si mal sana
Com'è 'l limoso corpo, la comprende;
Che sempre in se n'ha vna o altra fessura,
Ore, tra'l lordo tetto,
L'alma dal petto uscia sottile, e pura?

O perch' al huom non fia tanto concesso,
Quanto l'herbette han, e l'animal bruto?
Che si rauiua a Primauera 'l fiore,
Benche'n sepolcro il verno s'e tenuto:
E Benche dal'accetta l'arbor' fesso,
Ne spunta fresco con nuouo vigore,
E le frondose chiome manda fuore:
Cosi gettasi 'n vano
Lo seminato grano,
E pero 'n su'l campo, se non ne muore:
Ma se il fecondo spuzzore l'offende,
Ecco la strana sorte
Che da sua morte nuoua vita prende.

Ecco

Ecco col roſtro l'angello di Gioue,
L'Angue col cuoio, e col cener' la Fenice
La vecchiezza lor' laſciando vanno,
E ſenza, o gli parenti, o la nodrice
Comminciano le lor etadi nuoue:
E'il Sol, a cui tutti ſeruigio fanno,
Quante nel Cielo errano ſtelle, o ſtanno,
Ciaſcuna ſera cade:
Ma, pelle vſate ſtrade,
Riduce al mondo il matutino affanno:
Sol'e del huom la luce eſtinta a fatto,
Come cadente ſtella,
Che tomba iſnella, e poi giace di piatto.

Coſi (laſſo) e caduto il Whitakero:
Degno, che di morte ſcampaſſe il telo,
Degno viuo d'amor, morto d'honore
Degno del mondo allor' ed hor' del cielo
Degno per cui ſi veſti ogni huom del nero,
Si bagna ogni occhio 'n inſalato humore:
Che ſotto alto Intelletto vn humil' corue,
Sotto anima corteſe
Si gran ſpirto compreſe,
Sotto fral vetro alma di tal' vigore,
Sotto ſpurcoſo limo mente pura:
E (che piu fa ch'io piango)
Sotto vil fango Angelica natura.

Diſperateui, O deſolate Muſe,
E dapoi ſempre mai mute vi ſtate,
Sol parla pur, Melpomene dolente,
Ma 'n piu dogliose rim' che mai ſon ſtate:

Piangi ne tu con lagrime diffuse
O Academia misera parente,
Co'i tuoi figliuol', decapitata gente
Che si come il Nerone,
Quel crudo Lestrigone,
Bramaua a i suoi suggetti giuntamente
Vn capo sol, per disfar tutti a vn tratto.
Cosi il Tiranno Humano
(Anzi inhumano) al capo vostro ha fatto.

Fonditi in lagrime, O orbata Chiesa,
Con Hecuba Troiana a paro, a paro:
Ch'alla sua va la tua perdita auante
Ell' vn Ettor perdea ben forte e caro,
Ma tu piu cara assai, e salda difesa
Che t'ha qua giu lasciata militante,
Per honorar' la Chiesa triumphante:
E la spoliata Terra
Dogliasi anco, che serra
Sol la Balluca del suo oro prestante:
Perche'l puro metallo, ed affinato
(Per mai piu non e redire)
Ad arrichire il Ciel si n'e portato.

Anzi godete, O voi vedoue Donne,
Muse, Academia, Chiesa, Terra insieme:
Non della vostra giaria Fortuna,
Ma si di sue felicità supreme:
Che, posto in su l'Atlantide colonne,
Sfida le Podesta sotto la Luna,
Fortuna, e'l tempo, e morte ad vna ad vna.
E non n'ha ad inuidere

L'huomo

L'huom alle herbette, e fere,
Che ſi ſcampon dalla Morte importuna
Laſciando in pegno o roſtro, o cen're, o velo,
Perche l'huom non ſi ammorza:
Ma'l cuoio ſcorZa, e poi ſali nel cielo.

Coſi e ſalito il beato Whitakero,
Poi che, purgato dal corporeo limo,
Morì qua giu per rinaſcer là ſuſo.
Com' il gran vendice del ſecol primo,
Che'n viue fiamme abbruſciaua intero
Quanto hebbe dalla Madre'n ſe rinchiuſo,
Fin ch'era il tutto in cen're e fumo eſcluſo:
E poi la parte pura,
Che ſprezzaua l'arſura,
Con leggier' ale ſi leuò da giuſo,
E trauolando ratto il aer' e il fuoco,
Si poſe in grèmio al Padre,
E fra le ſquadre Immortal' trouò loco,

Coſi e leuata al Ciel del WHIT AKERO
La piu ſincera parte, e piu diuina:
Mercè di Morte, che'l nodo diſciolſe
(Anzi tronco'l con ſpada Alexandrina)
Che troppo ſtrinſe al fracido l'intero,
E la chiaue alla ſerratura volſe,
E l'Alma imprigionata fuor ne tolſe:
Che'n Ciel ſenza dimora
Sbalzaua allora allora,
E il ſommo Iddio nel ſuo gremio l'accolſe,
Dandole ſtanza nell' eccelſe Corti.
O quanti, e quanti ſono
Ch'anchor viuono, e piu che lui ſon morti?

DE LVY MESME.

La Fame. *La Mort.*

F. Dy moy ou vas tu Mort auecques tant de trains
Toy si alaigre, si malaigrement suiuie
M. Que veux tu? Ie m'en fay triomphe de la Vie
Car son plus grand thresor m'est tombè en les mains.
Ne vois tu pas suiuans les esplorès humains
Leur perte & non butin, auec si grand'enuie
Marris de voir leur gloire en terre enseuelie?
Et ie m'en mocque d'eux: ainsi i'ay fait de maints.

Fa. Adonc (O felle Mort) penses tu sous la terre
Cacher si beau thresor, que ne la froide lame
Iamais enuelopoit, ne l'ais n'encoffr' ou serre?
Tu n'es tant seulement de la Charogne Dame!
Qu'au grand Printemps plus verd renaistra que l'Ierre
Tandis par tout ce Tout tout haut bruira sa Fame
E, quant a l'Ame,
Ell'est ia au plus haut du plus haut Ciel volèe:
Or maintenant, O Mort, qui sera la mocquèe?

Samuel Crooke. *Emma.*

Luy meſme de luy meſme.

VOicy le blanc arpent, & de nom, & de fait,
(A qui ne ſont que fanfreluches, fables;
Les champs d'Eliſe:) où croiſt plus blanc que laict,
Le lis, le tourneſol, & les ſemblables:
(Combien ò luy ſommes tous redeuables?)
Eſt moiſſonné par toy ò Mort,
Helas a nous faiſois grand tort:
O grand mal-heur,
Car plus valoit que de Tagus les ſables:
O creue-cœur.

Helas qu'il eſt fauché en ſa ſaiſon premiere.
Commencant ja meurir, or jauniſſant,
Las qu'or il perd ſa grace printaniere,
Sans fener, ſans fleſtrir, qui eſtoit verdoiant:
Ah qu'il eſt mort nagueres qui viuant
A nous qui guette en ſentinelle,
Et de noſtre œil fut la prunelle,
O grand mal-heur
Et ne retournera doreſ-na-uant.
O creue-cœur.

Preud-homme chãpion, A dalãtade heureux
Cher *VVhitaker*, à toy ſeul la couronne
Donnoit Mauors, bouchet victorieux,
Des les lauriers: mais Mort rauit felonne
Ce chapeau plus verd, & autre donne
Du Cypres doloreux: helas pour quoy

A nous donnoit si grand esmoy?
O grand mal-heur,
A rauir le guerrier de la fiere Bellonne.
O creue-cœur.

Il est mort, c'est bien vray, mais il vit toutefois,
Deliant pour vn temps le pesant fardeau,
Qui l'ame lourdement abisme quelque fois:
Qu'il est musicien dit son chameleau,
Et son chant dit qu'il est fait vn oiseau:
Les vents murmurent en tout lieu,
Que le Docteur est or vn Dieu:
O grand bon-heur
Au moins, il est auec le sainct troupeau.
O chasse-pleur.

Sa belle ame gentile au ciel la plus haussée,
La terre mesprisante, & les astres foulante,
Se mocque gayement de nostre pensée,
Pource qu'est tant salée, tant basse, & tant puante:
Car son ame auec zele est moult brulante.
Quoy donc? est *Whitaker* ja mort?
Non non, mais doucement il dort:
O grand bon-heur.
Aiant laissé la vie tre-meschante.
O chasse pleur.

L'Eternel darde-feu, roule-ciel, lance-foudre
Or à luy à donné vn bouchet glorieux;
Et ses haineux rendra comme est la poudre,
Bien tost acrauantes: mais de ses yeux
Essuye toute larme: O bien heureux

Est

HERMÆ

Eximij viri D. Whitakeri, Regij *Professoris in Academia* Cantabr.

Binde ye my browes with mourning Cypariſſe,
And paliſh twigs of deadlie Poplar *tree,*
Or if ſome ſadder ſhades ye can deuiſe,
Thoſe ſadder ſhades vaile my light loathing eie:
I loath the Laurel-bandes *I loued beſt,*
And all that maketh mirth and pleaſant reſt.

If euer breath diſſolu'd the world to teares,
Or hollow cries made heauens vault reſound:
If euer ſhrikes were ſounded out ſo cleare,
That all the worlds waſt might heare around:
Be mine the breath, the teares, the ſhrikes, the cries,
Yet ſtill my griefe *vnſeene, vnſounded lies.*

Thou flattering Sun, *that leaſt this loathed light,*
Why didſt thou in thy Saffron-robes *ariſe?*
Or foldſt not vp the day in drierie night:
And wakſt the Weſterne *worldes amazed eies?*
And neuer more riſe from the Ocean,
To make the morn, or chaſe night-ſhades again

Heare we no bird of day, or dawing morne
To greet the Sun, *or glad the waking eare:*
Sing out ye Scrich-Owles *lowder then aſorne,*
And Rauens *blacke of night; of death of driere:*

And

Eſt luy : Pourquoy donc pleurons nous?
Il eſt en ſon repos plus doux:
O grand bon-heur:
Nous rien, que combatans, il eſt victorieux.
O chaſſe-pleur.

La fin.

VOicy le grand Docteur en ſçauoir Auguſtine,
Sainct Paul en pieté, en doux parler Platon,
Socrates en ſageſſe, en grauité Caton:
Quoy plus? ame heureuſe apres la mort diuine.
Mais luy qui (odieux) à toy quelcun crayonne,
(*Whitaker*) fol qu'il eſt, il ſemble parangonner,
Le plus petit ruiſſeau, à l'eſcumeuſe mer:
Le plus petit hameau, à la grand' Babylonne:
Le plus menu poiſſon à la plus grand' Balaine:
Le plus menu chardon, a la grandeur du cheſne:
Le plus menu ſablon, à la cambriere ronde:
La carriere d'un cerf, a cell' du limaçon:
Au vol d'oiſeau de proye, le vol du moucheron:
Car à toy nul pareil, & toy à nul ſeconde.

Rodolphus Cudworthus.

And all ye barking Fowles yet neuer ſeene,
That fill the Moonleſſe night with hideous din.

Now ſhall the wanton Deuils *daunce in rings*
In euerie mede, and euerie heath hore:
The Eluiſh Faeries, *and the* Gobelins:
The hoofed Satyres *ſilent heretofore:*
Religion, vertue, Muſes, holie mirth
Haue now forſworne the late forſaken earth.

The Prince *of* Darkneſſe *gins to tyrannize,*
And reare vp cruel Trophees of his rage:
Faint earth through her deſpairing cowardice
Yeelds vp her ſelfe to endleſſe vaſſalage:
VVhat Champion *now ſhal tame the power of hell,*
And the vnrulie ſpirits ouerquell?

The worlds praiſe, the pride of Natures *proofe,*
Amaze of times, hope of our faded age:
Religions hold, earths choice, & heauens loue,
Patterne of vertue, Patron of Muſes *ſage:*
All theſe and more were Whitakers *alone,*
Now they in him, and he & all are gone.

Heauen, Earth, Nature, Death, & euery Fate
Thus ſpoild the careleſſe world of woonted ioy:
Whiles each repin'd at others pleaſing ſtate,
And all agreed to work the worlds annoy:
Heauen *ſtroue with* Earth, Deſtiny *gaue the doome,*
That Death *ſhould* Earth *and* Nature *ouercome.*

Earth takes one part, when forced Nature sendes
The soule, to flit into the yeelding skie:
Sorted by death into their fatall ends,
Foreseene, foreset from all eternitie:
Destinie by Death spoyl'd feeble Natures frame,
Earth was despoyl'd when Heauen ouercame.

Ah Coward Nature, & more cruell Death,
Enuying Heauen, and vnworthy Mold,
Vnweildy Carkasse and vnconstant breath,
That did so lightly leaue your liuing hold:
How haue ye all conspir'd our hopelesse spight,
And wrapt vs vp in Griefes eternall night.

Base Nature yeeldes, imperious Death commaundes.
Heauen desires, durst lowly dust denie?
The Fates decreed, no mortall might withstand,
The Spirit leaues his load, and lets it lie.
The senceless corpes corrupts in sweeter clay,
And waytes for wormes to waste it quite away.

Now ginne your Triumphes, Death and Destinies,
And let the trembling world witnesse your wast:
Now let blacke Orphney raise his gastly neighes,
And trample high, and hellish some outcast:
Shake he the earth and teare the hollow Skies,
That all may feele and feare your victories.

And after your Triumphant Chariot,
Drag the pale corps that thus you did to die,
To shew what goodly Conquests ye haue got,

To fright the world, and fill the woondring eie:
Millions of lines, of Deathes no conqueſt were,
Compared with one onely Whitakere.

But thou, O Soule, *ſhalt laugh at their deſpite,*
Sitting beyond the mortall mans extent,
All in the boſome of that bleſſed Spright:
Which the great God for thy ſafe conduct ſent,
He through the circling ſpheares taketh his flight,
And cuts the ſolid Skie with ſpirituall might.

Open ye golden gates of Paradiſe,
Open ye wide vnto a welcome Ghoſt:
Enter, O Soule, into thy Boure *of* Bliſſe,
Through all the throng of Heauens hoaſt:
Which ſhall with Triumph *gard thee as thou go'ſt*
With Pſalmes *of* Conqueſt *and with crownes of coſt.*

Seldome had euer ſoule ſuch entertaines,
With ſuch ſweet Hymnes, and ſuch a glorious crowne.
Nor with ſuch ioy amids the heauenly traines,
Was euer led to his Creators *throne:*
There now he liues, and ſees his Sauiours *face,*
And euer ſiugs ſweet ſongs vnto his Grace.

Meane while, the memorie of his mightie name,
Shal liue as long, as aged Earth ſhal laſt:
Enrolled on Berill *walles of Fame,*
Ay ming'd, ay mourn'd: and wiſhed oft in waſt.
Is this to die, to liue for euermore.
A double life: that neither liu'd afore?

Ioſ. Hall. Imman.

Typographus Lectori.

CVm hæc doctiſsimi viri Caroli Horni carmina prelo jam ſubduxiſſẽ, ac hominũ iudicijs ſtatuiſſem exponenere: fortè fit, vt moram nobis in hac parte facerent alia quædam Epicedia, in ejuſdem viri ornatiſsimi, Gulielmi Whitakeri mortẽ eruditè conſcripta, typiſq; noſtris oblata: Quæ reliquis ſanè adjungere ac vnà cum illis in lucem emittere viſum eſt, ne fortè (ſi per me carerent publico) nimiam vel illi mortuo, vel tibi viuo facerẽ injuriam: Illi, quia digniſsimã virtutis ſuæ laudem continent: Tibi, quia ſummam in legendo voluptatem exhibere poſſunt. *Fruere ac vale.*

Typographus Lectori.

CVm hæc doctiſsimi viri Caroli Horni carmina prelo jam ſubduxiſſẽ, ac hominũ iudicijs ſtatuiſſem exponenere: fortè fit, vt moram nobis in hac parte facerent alia quædam Epicedia, in ejuſdem viri ornatiſsimi, Gulielmi Whitakeri mortẽ eruditè conſcripta, typiſq; noſtris oblata: Quæ reliquis ſanè adjungere ac vnà cum illis in lucem emittere viſum eſt, ne fortè (ſi per me carerent publico) nimiam vel illi mortuo, vel tibi viuo facerẽ injuriam: Illi, quia digniſsimã virtutis ſuæ laudem continent: Tibi, quia ſummam in legendo voluptatem exhibere poſſunt. Fruere ac vale.


INCHES
1
2
3
4